

Dicit ergo unus ex discipulis eius iudas scariothis. qui
 erat eum traditurus; quare hoc unguentum non uenit
 trecentis denariis & datum est egenis. dixit autem hoc
 non quia de egenis pertinebat ad eum. sed quia fur erat
 & loculos habens. ea que mittebantur exportabat.
 Dixit ergo illis; sine illa uel die sepulture mee ser-
 uo illud; pauperes enim semper habebitis uobiscum me
 autem non semper habebitis. **C**ognouit ergo turba
 multa ex iudeis quia illic est. & uenerunt non prop-
 ter ihm tantum sed ut lazarus uiderent quem suscitauit
 a mortuis. Cogitauerunt autem principes sacerdotum
 ut & lazarus interficerent quia multi propter illa
 abibant ex iudeis & credebant in ihm. **I**n crastina
 autem turba multa que uenisset ad diem festum cum
 audissent quia uenit ihesus hierosolymes accepertunt
 ramos palmarum & processerunt obuiam ei & cla-
 mabant; osanna benedictus qui uenit in nomine
 domini rex israel. **E**t inuenit ihesus asellum & sedit
 super eum sicut scriptum est. Ne timeas fili a sion ecce
 rex tuus uenit sedens super pullum asine. **E**t non co-
 nouerunt discipuli eius primum sed quando glori-
 ficatus est ihesus. tunc recordati sunt quia hec expro-
 scribita de deo & hec fecerunt ei. Testimonium ergo per-
 hibebat turba que erat com eo. quando lazarus uoca-
 uit demonum mento & suscitauit eum a mortuis; prop-
 terea & obuiam uenit ei turba quia audierunt eum
 fecisse hoc signum; pharisaei uero dixerunt ad se-
 mipsos; Uidemus quia nihil proficimus. ecce mun-
 dus totus post eum abiit. **C**rona autem gentes quidam
 ex his qui ascenderant ut adorarent eum die festo.